



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXX. Quid sit concursus praeuius, & quod munus eius, ob quod
necessarium esse creditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

ipsa sit in-
determina-
ta.

Commenta-
tor.
D. Thomas.

15.
1. Confir-
matio.

2. Confir-
matio.

3. Confir-
matio.

D. Thom.

Confirma-
tio vltima.

16.
Vltima ra-
tio in acti-
bus super-
naturalibus

natura De⁹ influat in ipsam voluntatē prędetermi-
nando illam ad talem actionē potius quam ad aliā.
Probatur consequentia, quia voluntas nunquam
potest prodire, vel inchoare actionem nisi determin-
natam, & in particulari: à causa autē indetermina-
ta in eo status manēre non potest determinatu effe-
ctus prodire; ergo oportet vt prius prędetermine-
tur à Deo, quia nullū est agens superius, à quo pos-
sit prędeterminari. Consequentia cum maiori eui-
dētia sunt. Minor autem probatur in primis au-
thoritāte Commentatoris 2. Physic. text. 48. & D.
Thom. 1. p. q. 19. art. 3. ad 5. deinde ratione, tum quia
quamdiu causa est indeterminata, non est cur ma-
gis hunc effectum determinatum quam alium effi-
ciat, tum etiā, quia talis causa non est plene in actu,
sed est in potentia, & ideo ab illa, vt hic non est de-
terminatus effectus. Tum pręterea, quia omne q.
quandoque est agens actu, quandoque in potentia
indiget moueri ab alio, & ideo promouendum est
ad mouentem qui sit purus actus: talis autem est
voluntas libera creata, vt interdum sit in potentia
quandoque in actu; ergo reuocanda est in Deum,
vt in primum mouentem.

Confirmatur primò hæc ratio, quia nisi Deus suo
influxu ita præueniat causam liberā, sequitur om-
nes actus liberos fortuito & contingenter euenire
respectu Dei. Consequens est falsum, & contra de-
bitum ordinem diuinę prouidentię, & contra eius
perfectionem, quę non permittit vt casus, & fortu-
na in Deum cadant. Sequela probatur, quia si Deus
non ita præuenit voluntatem creatam, eius libera
determinatio non penderet ex diuina voluntate, &
prouidentia, sed ab ipsa voluntate se liberē deter-
minante; ergo talis determinatio semper erit con-
tingens, & casu, ac fortuito eueniet respectu Dei.
Confirmatur secundò eadem ratio, quia aliās Deus
non esset prima causa determinationis liberę volun-
tatis, quod est absurdissimum, quia illa determi-
natio est aliquid in rerum natura: quidquid autem
est aliquid, est à Deo vt prima causa; ergo. Sequela
probatur, quia si Deus non prędeterminat volun-
tatem, ergo determinatio eius non est à Deo, sed
à voluntate primò & per se applicante se ad ope-
randum prius natura, quam Deus in illam influat.
Confirmatur tertio, quia libertas creata ita subor-
dinatur diuinę, vt formaliter loquendo, in diuinā
libertatem, & voluntatem tanquam in causam pri-
mam physicam reducatur, etiam in genere physico,
iuxta doctrinā D. Thomę 1. p. q. 19. art. 8. ibi à Tho-
mistis communiter receptam, & Ledesnam alle-
gat, ergo necesse est vt operatio etiam libertatis li-
berę sit à Deo vt præmouente liberē vt inde habeat
voluntas creata voluntatem suę determinationis.
Confirmatur vltimò, quia vel voluntas humana
determinat diuinam ad hunc particularem effectū,
vel è conuerso. Primum dici non potest, ergo se-
cundum, quia non est medium, aliās veraq; a quē
primò se determinaret, quod est contra diuinam
perfectionem, & esset quasi casuale & fortuitum.
Probatur minor, quia illa etiam est imperfectio di-
uinę voluntatis, penderet enim à creata, & ab illa
modificaretur concursus eius.

Vltima ratio assertur, quæ maximè videtur acti-
bus supernaturalibus congruere, quamuis ab ali-
quibus etiā ad bonos actus morales ordinis natu-
ralis accommodetur, sumiturq; ab inconuenienti,
quia initium talium actuum, siue fiant ante habi-
tum, siue ex illo, sumendum est à præmotione Dei,
quæ in voluntate præcedat, & physicē actum effi-
ciat, quia aliās primum initium pię operationis ef-
ficeret ex nobis. nam homo esset qui primò illam inci-
peret. Consequens autē est contra definitionem fi-
dei; ergo. Sequela probatur, quoniam si voluntas
affecta habitu infuso sine præmotione Dei posset

vti illo habitu & ignata sua libertate, iam ipsa vo-
luntas primò inciperet actum illum, ac proinde ab
illa esset initium salutis quoad talem actum. Minor
autem & falsitas consequentis probatur. Primò ex
Concilio Arauficano Can. 25. dicente, *Hoc salubriter
confitemur, quod in omni opere bono nos non incipimus, &
postea per Dei misericordiam adiuuamur, sed ipse nobis, nullis
precedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui inspirat.*
Secundò ex Concilio Senon. in principio, dicente,
*Accedentem ad Deum oportet primum diuinę gratiæ munere
adiutum credere, deinde bonis operibus intendere, in quibus
efficiendus, & liberum arbitrium operatur, & gratia, primò
tamen, & principalis gratia. Quare qui hominem bene ope-
rari, & salutem consequi arbitrat sine gratia, aut prima-
tum boni operis libero arbitrio adscribit, non gratia, Pelagianus
confessus est.* Tertiò, quia aliās aliquid proprium
haberet homo in negotio salutis quod non accepisset
ex gratia, contra illud Pauli 1. ad Corinth. 4.
Quid habes quod non accepisti? Sequela probatur, quia
voluntas quòd actu operetur, non habet ab habitu
supernaturali, quia solus habitus non dat volunta-
ti, quod infallibiliter operetur, sed solum vt possit
operari, si velit. Concurfus etiam Dei licet sit ordi-
nis supernaturalis, nō tribuit efficienter voluntati
quod operetur, nec facit illā iustitię, sed concurrat
cū illa simul ad actuale operationē, si ipsa volue-
rit operari; ergo quod voluntas operetur, habebit
ex seipsa, & non ex gratia, quod dici non potest.

CAPVT XXX.

*Quid sit concursus præuius, & quod munus
eius, ob quod necessarium esse
creditur.*

Non possumus de prædicta sententia ferre iu-
dicium nisi prius sensus illius exactè intelliga-
tur. Vnde, quia in illo explicando defensores
eius non conueniunt, nonnullis interrogatio-
bus, seu dubitationibus propositis, illum inquire-
re necessarium duximus.

Prima interrogatio est, an hic concursus sit ali-
quid creatum, necne? Sed in hoc puncto non inue-
nio controuersiam inter dictos auctores. Nam licet
aliqui dicant Deum mouere causam secundam per
voluntatem suā immediatē, & ipsammet volitionem
Dei vocent motionem, vel applicationē causę
secundę ad agendum, illud non potest intelligi de
motione, quia causa secunda mouetur formaliter,
sed de motione effectiua, per quam influat Deus in
creaturam, quę propriè non est concursus ipse for-
malis, sed concursus principij, quem Deus effe-
ctiue influat in creaturam: nam illud principium
increatum est, siue dicatur esse in Deo per modum
virtutis actiue, siue per modum actionis immanen-
tis, & virtualiter transeuntis. Hic autem loquimur
de influxu qui iuxta hanc sententiā ab hoc princi-
pio increato manat in causam secundam prius na-
tura, quam agat. Et hoc necesse est esse aliquid crea-
tum. Primò, quia sit à Deo in ipsa causā secunda.
Secundò, quia per illum mouetur physicē, & reali-
ter ipsa causa secunda, supponit enim illa sententia,
causam secundam non posse agere nisi motam: non
mouetur autem formaliter per volitionem Dei in-
creatam, vt per se notum est, nam per illam non
se habet formaliter causa secunda aliter quam
prius, ergo per aliquam mutationem intrinsecam,
quæ in illo de nouo fit, mouetur; ergo motio præ-
uiā necessarium est aliquid creatum.

Secunda interrogatio est, an hic præuius concu-
sus generalis primę causę sit eiusdē rationis in om-
nibus

hibus causis secundis quoad omnes effectus, & actiones earum, vel in eis varietur, & quo modo. De concursu enim comitante, & simultaneo diximus supra, & est per se euidenter multiplicari, & distingui pro varietate actionum causarum secundarum, quia & est idem cum ipsa actione causa secundae, & ad eundem terminum tendit. Non procedit autem hec ratio eodem modo in concursu prauo si detur, nam ille distinguitur, ut statim dicam, ab actione causae secundae, & est aliquo modo principium eius. Vnde non respicit actionem causae secundae tanquam terminum, proprie loquendo, sed tanquam actionem a se emanantem, & terminum illius actionis respicit tanquam effectum. Vnde non oportet, quod ab actionibus causarum secundarum, vel terminis sumat distinctionem, nam poterit esse eminentius quoddam, & quasi vniuersale principium plurimum, & variatum actionum. Explicatur supponendo praemotionem illam esse qualitatem, nam consequenter dicendum esse qualitatem actiuam, quae ex sua natura, & particulari modo est propria virtutis instrumentalis causae primae, ut prima causa, & vniuersalis est: ergo licet sit in se vnus simplicis entitatis, & speciei, potest esse vniuersale principium per quod causa prima cum omnibus causis secundis ad omnes earum actiones quantumvis distinctas operatur, & pro voluntate eiusdem primae causae illas determinat, vel applicat ad varias actiones pro causarum secundarum varietate. Idemque dici poterit de illo concursu etiam si fingatur ut pura motio, quae dicitur esse motio virtuosa. Vnde in suo genere poterit habere virtutem illam cum dicta eminentia, & vniuersitate.

Nihilominus defensores illius sententiae licet interdum magnam, & eminentem virtutem tribuant illi motui, ita ut sola possit aliquando supplere principium actum proximum causae secundae, si illi deest, nihilominus in praesenti non ita sentiunt, sed hunc concursum variari significant iuxta causarum secundarum in suis virtutibus & actionibus, varietatem. Et in primis negari non potest, quin talis influxus in causam spirituales, vel materiales genere distinctus sit: nam est quoddam accidens quod in re corporea materiale est; in re vero spirituali, spirituale, neque hoc maiori probatione indiget. Deinde non minus certum est influxum in causam secundam, verbi gratia, voluntatem ad actum naturalem, vel supernaturalem distingui, etiam in essentia, seu qualitate naturalis, aut supernaturalis, quia ad naturales actus non est per se necessarius influxus prauus supernaturalis, nec ad actus supernaturales sufficere potest concursus ordinis naturalis etiam prauus, supposita generali necessitate talis prauus concursus, quia talis motio praua ponitur, vel ad eleuandam potentiam, vel ad determinandam, vel ad applicandam illam: motio autem merè naturalis non potest vel eleuare, vel determinare, vel applicare naturalem potentiam ad actum supernaturalem, ut videtur per se notum.

Denique hinc verisimilius dici videtur in illa sententia hanc motionem multiplicari secundum speciem pro diuersitate causarum secundarum quibus distribuitur, quia vnicuique datur ad illam determinandam, seu applicandam ad suum determinatum effectum, & ideo magis consequenter dicitur dari motionem, quae ex sua specie, & natura illam determinationem habeat, quam quod ex sola voluntate Dei determinetur, vel applicetur ad hunc, vel illum effectum. Illud autem quod dicti auctores de hoc prauo concursu dicunt de se aptum esse ad supplendam totam actiuitatem principij proximi causae secundae, esseque eiusdem rationis quando supplet defectum principij proximi, &

quando supponit illud, solamque illud ad operandum applicat, difficile creditur est, ut supra tractando de actibus supernaturalibus qui sine habitu sunt, tractum est, & in sequentibus magis ostenditur. Habet etiam peculiarem difficultatem, an hic concursus datus causa naturaliter agenti, & datus causa libera, eiusdem, vel diuersae rationis, intelligendus sit, de quo puncto in cap. 31. dicam.

Tertio consequenter interrogari potest, an hoc auxilium prauum determinatum sit ex se non solum ad speciem actionis, & effectus causae secundae, sed etiam ad indiuiduum actum, & effectum. In quo puncto praedicti auctores sentiunt necessarium esse, ut talis prauus concursus detur determinatus ex se ad indiuiduum effectum & actionem. Ita docet Aluarez disp. 19. concl. 3. ratio. 2. ubi inde probat hoc auxilium non esse habitum, quia habitus est de se indifferens ad plures actus indiuiduos: hoc autem auxilium est determinatum ad vnam numero operationem. Et idem repetit ad solut. 6. Consequenter Ledesma dicta q. vnica art. 2. ad 6. ubi ait voluntate determinari per auxilium hoc prauum ad singularem operationem. Et videntur hi auctores in sua sententia satis consequenter loqui, quia ponunt hanc prauam motionem ut praedeterminet causam secundam ad operandum. At in causis naturali necessitate agentibus non est necessaria praedeterminatio ad speciem actionis, quia ille sunt de se satis determinatae ad speciem actionis. Indigent autem determinatione ad indiuiduum effectum, quia quoad hoc sunt indifferentes, ergo recipiunt hanc determinationem per hunc prauum influxum, ergo necesse est ut ipse influxus non sit de se indifferens, sed determinatus ad indiuiduum, alius ipse indigeret praedeterminatione, & in infinitum procederetur. In causis vero liberis, hae motio praedeterminat potentiam non tantum quoad speciem, sed etiam quoad exercitium actus: exercitium autem actus non potest esse nisi in indiuiduo; ergo talis motio praedeterminans potentiam ad exercitium actus, necessario illam debet determinare ad actum indiuiduum. Ergo multo magis ipsa motio debet esse ex se determinata ad indiuiduum, ne ipsa alia determinatione indigeat.

Vnde videtur in hac sententia consequenter dicendum, hanc motionem numero multiplicari, & distinguui non tantum in causis numero distinctis, sed etiam in eadem causa plures actiones, vel effectus eorum diuersos producente, quod est manifestum quando illae actiones successiue fiunt, quia prauus concursus ad vnamquamque illorum solim determinat, quando vnaquaeque actio durat: ergo variatur numero concursus prauus, prout actio variatur. Ergo semper concursus prauus datur ex se determinatus ad illam numero actionem, quam facit, & cum qua sola durat. Idem autem erit consequenter dicendum etiam si causa secunda plures actiones numero distinctas simul faciat, ut facilius contingit in actionibus transeuntibus, v. g. in igne, simul calefaciente plura signa: nam actiones numero multiplicantur in subiectis recipientibus illas; ergo & concursus prauus ad illas erunt distincti, quia vnusquisque est determinatus de se ad vnam tantum actionem singularem, & ideo cessante vna illarum, & non alia, cessabit concursus prauus, qui ad vnam, non vero ad alteram datus fuerat.

Hae ergo omnia consequenter dicuntur in illa sententia, neque in illis peculiarem difficultatem aut repugnantiam inuenio, praeter eam, quae est in libera voluntatis praedeterminatione ad vnum, de qua in cap. 31. aliqua, & plura in lib. 5. dicturi sumus. Hic solum aduerto propter solam determinationem causae secundae ad singularem actionem, & effectum non esse necessariū cōcursum prauū, nam per concurr-

An hic concursus prauus determinatus ex se situm ad speciem actum ad indiuiduum actionis.

Aluarez.

Ledesma.

Hinc sit nō multiplicati pro numero effectum.

Difficultas ex causis liberis.

Ledesma.

¶ Cum concomitantē sufficienter id fieri potest vt in l. 1. de Auxilijs cap. 7. notauimus, & ostendi. Et aperte concedit Ledesma art. 2. ad 6. dicens quod auxiliū sufficiens determinatur per auxiliū cōcomitans ad singulam operationem. Et ratio est, quia causa secunda nullū singulārē effectum potest agere sine cōcursu Dei concomitante, seu simultaneo: potest autē Deus huiusmodi concursum limitare ad vnū effectū indiuiduum; ergo id satis erit vt actio causae secundae ad eundē determinetur. Vnde fit propter hanc solam determinationem non esse necessarium concursum praeuium illum esse determinatum ex natura sua ad vnā tantum indiuiduam actionē, quia licet esset indifferens de se ad plures, posset per simultaneum concursum determinari, & ita cessaret processus in infinitum: nihil ergo certum posset quoad hanc partem de tali concursu praeui affirmari, licet (vt dixi) illo semel posito tota illa multiplicatio, & determinatio talis concursus illi opinionioni satis consentanea sit, & ostendi non possit inuoluere repugnantiam. Superfluum tamen erit tot multiplicare concursus, seu motiones, nisi earum necessitas clara ostendatur.

8. Quartō interrogari potest, an hic concursus praeuius fiat à solo Deo. vel etiam ab ipsa causa secunda. Hae verō interrogatio in causis agentibus actione transeunte nullam habere potest controuersiam, vt statim dicam. De potentijs autem agentibus actione immanente aliqui sensisse videntur, hanc praeuiam motionem non fieri à solo Deo, sed ipsam etiam potentiam, quae illam motionē recipit ad illam cooperari efficiendo, quod sentire videntur, qui hanc praeuiam motionem ab ipso actu vitali potentia in re ipsa non distinguunt, vt statim videbimus. Sed hic modus dicendi inuoluit repugnantiam in eadē sententia, eiusque fundamenta destruit. Dicendum est ergo consequenter in illa sententia, hanc motionem à sola prima causa fieri in secunda. Probatur, quia causa secunda non affecta hac praeuiam motionem, non est satis applicata, vel determinata ad inchoandam aliquā actionem; ergo non potest influere in actionem, quae sit, vel in qua consistit hic concursus praeuius, cum iuxta eandem sententiā non efficiat, nisi iam applicata, vel determinata.

9. Item causa secunda non mouet nisi mota, vt supponitur; ergo non se mouet in illa prima motione per quā à causa prima mouetur ad agendum; ergo non efficit illā motionē, nam si illā efficeret, se moueret per illam saltem physice; ergo Deus solus illā motionē efficit. Itē hae motio supponitur esse praeuiam, & prior natura omni causalitate, vel actione causae secundae, & consequenter supponitur esse aliquo reali modo causā, & principij eius, vt statim explicabitur; ergo impossibile est vt fiat ab ipsa causa secunda, quia non potest esse causā actionis causae secundae & terminus, vel effectus eius, neque potest esse simul prius & posterius natura, & in genere efficientis causae. Itē, quia in agentibus per transeuntē actionem hae motio non potest esse effectiue ab ipsis, quia illa non agunt in se praesertim ante transeuntē actionem, vt est per se notum. Quis enim dicat calorem prius natura, quam calefaciat lignum, agere in se ipsum actuando, & citando, vel alio modo mouendo se ipsum? nemo certe id potest probabiliter cogitare, repugnatque principijs illius sententiae; ergo si in his agentibus datur praeuius concursus à solo Deo, in illis fieri debet. Ergo idē dicendū est de agentibus actione immanente, nam est eadē ratio. Tum quia necessitas huius praeuii concursus fundari dicitur in generali ratione causae creatae, quae non potest incipere aliquid agere nisi praemota. Tū etiam, quia ipsa motio praeuii concursus excludit efficientiam eius à causa secunda quaecumque sit, quia si illa co-efficit illum concursum, etiam Deus

facit illum concursu cooperante non praeui. Tum denique, quia si in intellectu, vt verbi gratia, cōcursus praeuius fieret ab intellectu, actio illius esset immanens, & sic non potest in re distingui ab actu intelligendi, quod dici non posse consequenter infra dub. 7. declarabo, & plura de hoc puncto erunt necessario dicenda infra in cap. 33. & in lib. 5.

Quintō interrogari potest, in quo subiecto proximē & immediatē recipiatur ille concursus praeuius. In quo dicti auctores sentiunt in primis recipi in ipsa causa secunda. Quia verō inter causas secundas quādam agunt actione transeunte, quae non de praeuiis in ipsis, sed in passio recipitur; aliae verō actione manente in ipsis. In prioribus id non indiget explanatione: recipi enim debet illa motio in ipso agente, vt constituto in actu primo prius natura, quam agat in posterioribus autem, quia idem est agens, & recipiens actionē & terminum eius cum proportionē id intelligant de ipso agente, vt agens est, id est vt praesupponitur in actu primo, prius natura, quam ab illo actio egrediatur, & à fortiori prius natura, quam in illo recipiatur. Vnde consequenter etiam, proximum subiectum in quo recipitur talis motio, esse ipsammet potentiam, seu facultatem actiua permanentem in causa secunda, quae est principium proximum actionis eius: vt verbi gratia, lucē solis esse subiectum proximū, in quo recipitur concursus praeuius ad illuminandum, & calorem ignis ad calefaciendum, voluntatem ad volendum, & habitum charitatis ad amandum super omnia, & lumē gloriae etiā recipere in se nouam motionem, vel entitatem per quam moueatur ad eliciendam visionem, & sic de ceteris, quia illud principium, causa secunda non mouet, nisi mota, formaliter intelligitur de motione, quia ipsummet agendi principium ali quo modo mouetur, & amplius actiue.

Contingit autem, proximum principium agendi causae secundae non esse vnā simplicem qualitatem, sed coalescere ex multis, vt principium visionis ex visibilibus, & specie, & fortasse ex lumine. Vnde dubitari potest in illa sententia, an tunc causa secunda recipiat vnū simplicem concursum praeuium, vel plures quasi partiales, quali constituentes vnum; videbitur enim inconueniens tot motiones multiplicare. Nihilominus tamen consequenter loquendo, illud non est etiam declarandum est, quia vna simplex entitas aliquid non potest immediatē recipi in visibili, & in specie visibili, & lumine, vnumquodque autem istorum principiorum indigebat sua motione, & vltima actualitate à prima causa, quia non est maior ratio de vno quam de alio; sicut etiam si duo lumina concurrant ad eandem indiuisibilem illuminationem, licet concursus simultaneus sit vnus in actione ambibitus, concursus praeuius multiplicandus erit iuxta numerum principiorum, seu luminum agentium.

E contrario verō si ab eodem calore ignis producantur simul calefactiones in plura combustibilia cum illa sit clarū, concursus simultaneos multiplicari iuxta totum numerum actionum transeuntium, dubitari potest an concursus praeuius sit vnus, & simplex, an verō etiā ille multiplicetur. Nā in hoc dicti auctores varie loquuntur, vt facili possint argumenta pro vtraque parte fieri, sed superuacaneū duco in hoc immorari, nam supposito illo principio, parum refert, sic vel aliter in his illationibus, & aliis similibus, quae facile excogitari possunt, opinari. Solū hae propono, vt considerentur hae, & alia huiusmodi, quae ex illa positione sequuntur. Nec omittam vltimus adducere iuxta illam sententiam consequenter dicendum esse nullam esse potentiam actiua creatā purē actiua, id est, quae simul, & quoad modum prius passiuā potentia non sit. Quia omnis potentia quae intrinsecē potest mutari in se aliquid recipiendo, est esse passiuā; nihil enim aliud est esse potentia passiuā, aut esse

nifi eſſe potentia capacem recipendi aliquid: hoc autem habet omnis virtus actiua creata, quia eſt capax illius præmotionis diuinæ quâ in ſe recipit, vt agat. Ergo eſt potentia paſſiua, ſecundum quam prius actuari debeat, quam vim ſuam actiuam poſſit exercere, quia non poteſt mouere niſi mota: ergo prius (vt ſic dicam) eſt mobilis, quàm principium mouendi; & hoc modo dicimus prius eſſe potentia receptiuam vtique quoad reductionem in actum. Atq; ita non ſolum potentia animæ, ſed omnes potentia naturales calor, lux, & ſimiles ſunt potentia paſſiua, imò non ſolum potentia, ſed etiam habitus vel inſuſi, vt charitas, fides, lumen gloriæ, vel acquiſitio quatenus efficere poſſunt, receptiu prius ſunt. Neque ſolum habitus, ſed etiam actus ipſi ſecundi potentiarum animæ, non ſunt vltimi, ſed potentiam paſſiuâ in ſe habent, quatenus vnus actus eſſe poteſt verum principium phyſicè efficiens alium, ſicut eſt aſſenſus principij aſſenſus cõcluſionis, & intentio finis electionis medijs: nam ſi efficiunt indigent concurſu Dei; ergo & præmotione ſicut alia ſecunda. Hec ergo omnia quamuis à dictis auctoribus expreſſe non doceantur, neceſſariò ab eis admittenda ſunt, quia per neceſſariam illationem inferuntur. Quod ſi hæc diſſilia videntur, & contra communem ſenſum Philoſophorum loquentium de virtutibus purè actiuis, & de habitibus, & actibus ſecundis, reſpondebunt dicti auctores illam communem doctrinam intelligendam eſſe de potentijs actiuis, & paſſiuis in ordine ad actiones, & paſſiones cauſarum ſecundarum inter ſe, non verò in ordine ad motionem generalem primi mouentis, nam reſpectu illius omnis actus creatus eſt mobilis, & conſequenter eſt aliqua potentia paſſiua.

CAPVT XXXI.

Quomodo præuius concurſus à potentia, in qua recipitur, ab eius actione diſtinguatur.

Sexta interrogatio de hoc concurſu eſt, an hæc præmotio ſit res diſtincta ab actione & potentia in qua recipitur, & quâ determinare, ſeu applicare dicitur, vel quomodo ab ea diſtinguatur. Nam quod ſit aliquid in re ipſa diſtinctum à ſua potentia, nullus deſenſor illius ſententiæ negare poteſt, quia ſi impotentia illa per nouum influxum Dei realem & per realem mutationem eiusdem potentia, ergo aliquid diſtinctum in re ab eadem potentia, & illi de nouo additum. De modo autem diſtinctionis videntur dicti auctores variè loqui. Nam quidam aſſerunt hunc præuium concurſum tantum formaliter diſtingui à voluntate vel alia potentia in qua recipitur. Ita ſentit Cabecudo dicta q. 62. art. 5. dub. 1. ad 3. ait enim, influxu, qui recipitur in cauſa diſtingui ab illa, & operatione realiter formaliter, ſicut modus rei diſtinguitur ab ipſa re; & ſimili modo diſtingui influxum receptum in effectu, ab ipſo effectu. Sed in his verbis videtur inuolui reſpugnancia: nam voluntas, & operatio eius diſtinguntur inter ſe realiter, quo modo ergo poteſt ille influxus ab utraq; diſtingui tantum formaliter? nã idem modus non poteſt identicè in eſſe duabus rebus realiter inter ſe diſtinctis. Item operatio cauſæ ſecundæ pertinet ad effectum eius, vel in via, vel in termino prout nomen operationis ſumptum fuerit; ergo influxus in cauſam non eſt modus ipſius operationis. Omiffa autem hac parte in altera videtur cum illo auctore conuenire Ledefma art. 1. concl. 2. ration. 1. ſ. aliqui auctores, vbi ſub diſtinctione dicunt, prædeterminationem eſſe entitatem realem, vel ſaltem modum entitatis realis, & in art. 7. ad 1. definitè dixit eſſe quandam modum voluntatis. Fundamentum eſſe poteſt, vel quia illa diſtinctio

ſufficit, & non oportet multiplicare entitates, vel quia ille concurſus eſt tantum quadam motio, & motio ſolum eſt quidam modus rei motæ, nec enim oportet motum à mobili realiter diſtingui, vt ex Philoſophia conſtat.

Hic tamen modus dicendi parum credibilis videtur ſuppoſita illa ſententiâ, & præſertim loquendo de auxilijs gratiæ. Nã iſti auctores in hac motione ponunt maximam gratiæ efficaciam; & illam putant eſſe poſſiſſimâ virtutem, ſeu virtuoſam motionem ſupernaturalium actuum efficientem; ergo fateantur neceſſe eſſe illam eſſe entitatem ſupernaturalem poſitum, ſicut ſunt ipſi actus; ergo oportet vt ut entitas, & non tantum modus actus voluntati. Atque hæc ratio poteſt cum proportionem extendi ad cæteras cauſas, & virtutes earum naturales: nam hæc motio dicitur eſſe rerum principium, per quod omnis cauſa, & eius potentia efficit ſuum effectum, vt paulo poſt dicemus, at ſolus modus non dat per ſe virtutem agendi. Præterea oſtendimus ſtatim ipſum concurſum non poſſe intelligi ſine impreſſione alicuius qualitatis, quia nec poteſt eſſe ſine termino intrinſeco proximo, neque alius poteſt cogitari: qualitas autem extra figuram non eſt modus, ſed res habens propriam entitatem; alias etiam de ſpecie impreſſa dici poſſet tantum eſſe modum & actum videndi, vel appetendi tantum eſſe modum potentia. Quapropter ſi concurſus ille præuius indicatur neceſſarius, multo facilius, & intelligibilius ponitur, & quædã entitas addita potentiæ ad magis actiuandam illam, quia nec in calore, nec in luce, vel ſimilibus qualitibus concipi ſatis poteſt nouus modus ſine mutatione in intrinſeco, & in formali effectu quæ ſubiectis ſi ſprebent. Multoq; minus intelligitur talis mutatio in voluntate, & ſimilibus potentijs in ſe indiſtinctibus, & naturali quodam, & immutabili modo animam efficientibus. Quapropter ſuppoſita neceſſitate illius concurſus, negandum eſt ſufficere modum; quia ad mutationem talium potentiarum, quæ tantum ſunt recipiendo aliquid nouum, neceſſarium eſt aliquam entitatem, ſeu formam illis imprimi. Nec refert quod ille concurſus ſit motio, tñ quia non eſt pura motio ſine termino, vt dicemus, tum etiam, quia omnis motio non eſt idem cum mobili, ſed tantum modus localis: alteratio enim diſtinguitur realiter à mobili, ſicut & terminus eius, hæc autem motio ſi quæ eſt, non eſt localis motio, vt conſtat; eſt ergo alteratio, vel cum illa proportionem ſeruat.

Hic autem dubitationi ſeptima eſt annexa, ſcilicet an hæc præmotio ſit res diſtincta ab actione & effectu cauſæ ſecundæ. In quo non eſt dubiũ de diſtinctione aliqua ex natura rei, hæc. n. vt, manifeſta actione, & ſupponunt dicti auctores, & loquuntur conſequenter: nam ſi motio illa eſt realis cauſa actionis, & effectus cauſæ ſecundæ, & prior natura vera prioritate reali, ſeu cauſali, neceſſe eſt vt in re ſit aliqua diſtinctio inter illa, quia vt ſuprà de concurſu comitante dicebamus, interea quæ in re non diſtinguntur, nõ poteſt eſſe realis cauſalitas, vel naturalis ordo prioris, & poſterioris. Itẽ, quia aliàs nihil reale adderet hæc præmotio concurſui comitanti, quia non diſtingueretur ab illo in re ipſa, quod eſt euertere omnino eandem ſententiam de concurſu præui. Vnde non video quomodo in ſua ſententia ſubſiſtere poſſit, quod dicit Ledefma art. 6. concl. 3. ration. 3. auxilium ſcilicet in ipſa operatione, & auxilium præmouens, & determinans eſſe omnino idem, & non differre niſi per hoc ſolum, quod auxilium præmouens, & prædeterminans tenet ſe ex parte principij operationis, taliter quod inde incipiat operatio. Hæc enim ſubſiſtere non poſſunt nam ſtatim dicit, auxilium imbibitum in operatione non ſupponi ad operationem. Contrarium autẽ docet de auxilio præmouente, quæ ſine diſtin-

Difficultas aduerſus illos qui ſolũ diſtinctionem modalẽ ponunt.

An res diſtincta ſit ab actione, & effectu.

Ledefma.